

Quod preter regales virtutes etiam alie virtutes requiruntur in rege.  
Utrum habens virtutes regales solum et non alias possit esse bonus et verus rex.

Quod preter virtutes regales nullus possit esse bonus et verus rex licet habeat aliquas alias virtutes.

Que sint illa que faciunt regem verum et bonum.

Quot sint modi perveniendi ad regnum.

[35vb] ¶ Quod necesse est aliquid officium regis esse.

Quod sit officium regis<sup>160</sup>.

Quod virtutes regales secundum officia regalia distinguntur.

¶<sup>v)</sup> Que et quot sint virtutes regales proprie<sup>v)</sup><sup>161</sup>.

Que et quot sint virtutes regales administrative<sup>162</sup>.

Que et quot sint virtutes regales subministratorie.

Que et quot sint virtutes regales consequentes et adnexe.

Que et quot sint virtutes regales decore et perfecte.

Que et quot sint virtutes regales communes<sup>w)</sup>.

[f. 37ra] ¶ Nota deliberationes sunt de consiliabilibus. Consiliabilia vero sunt contingentia nobis utilia, studio digna<sup>163</sup>. ¶ De quibus fiunt deliberationes quinque sunt, scilicet de bello, de pace, de proventibus, de mercibus, de custodia regionis, de<sup>x)</sup> legislatione<sup>x)</sup> et he sunt deliberationes publicarum

---

v-v) Späterer Zusatz. w) Es folgt auf f. 36r ein längeres Gedicht: Cum delectamur, affectibus hiis variamur ... x) Am Rand eingefügt.

---

160) Quod est officium regis, et qualiter rex se habere debeat in regimine civitatis et regni. ARP III/2, c. 8 (S. 470); Quod sit officium regalis regiminis. ERP II, c. 5 (ÖNB Cod. 2203, f. 17vb).

161) Qualiter rex circa singulas virtutes regales debeat se habere in regimine. Secretum Secretorum (FOWLER, Manuscript [wie Anm. 35] 44, S. 211); De differentia virtutum regaliū a caeteris virtutibus. ERP VII, c. 1 (S. 190).

162) Diligenter etiam attendendum est, quod tractando de virtutibus regalibus et administratoriis et aliis quibuscumque virtutibus pertinentibus ad instructionem regum ... ERP II, c. 9 (ÖNB Cod. 2203, f. 190va).

163) Rhet. I, 4 (1359a 30–1359b 1) (AL [wie Anm. 122] S. 171 f.).